

STUDI ITALIANI

DI

FILOLOGIA CLASSICA

VOLUME PRIMO.



IN FIRENZE  
G. C. SANSONI, EDITORE

—  
1893.

## PHILOLOGIS ILLVSTRISSIMIS

VINDOBONAE M. MAIO A. MDCCXCIII CONGBEGATIS

S.

Cum iam prope esset ut Vos ad praeclara antiquitatis studia recolenda et celebranda conventum ageretis, nos autem hunc librum ex coniuncta amicorum industria conflatum atque compositum foras daremus, nil melius fieri posse existimavimus, quam si eum Vobis mitteremus atque inscriberemus, scilicet ut voluntatis erga Vos nostrae et admirationis qua studia Vestra prosequimur paulo manifestior exstaret significatio. Accedit quod ea temporum natura et ratio est, ut in hoc litterarum genere doctorum et prudentium approbationem movere, non popularem laudem consecrari oporteat; quamobrem, quod Vos suscepti negotii socios quodammodo ac participes exoptavimus, hoc et ad nostrum consilium adiuvandum et ad voluntatum nostrarum consensionem confirmandam mirum quantum valebit.